Subſcripta metra pulcre ⁊ pleniſſime conti
nent materiam illam q̄ habetur ſupra libro 6.
capitulo xxiiij. de membris corporis quō adū
ſus ſtomachū quaſi voracitate omniū labores
exhauriret conſpirauerant.

Conciliū celebrant humani corporis artus
Inter ſe de ſe plurima verba ſerūt
Incidit in ventrē ſermo/de ventre querūtur
Qꝫ grauis eſt domin⁹ et nimis vrget eos
Tandem rethoricis pingens ſua verba colores
Aggreditur fratres lingua/ſuperba ſuos.
Quis furor o ciues/que tanta licētia fratrꝝ
Audeat in nobis ponere turpe iugum?
Turpe iugum certe/qn̄ ſeruus dominatur
Et dominus ſeruit. hic iubet; ille facit.
Certe nos ſerui turpes digna cruce digni
Ludibriū miſeri degenereſq; ſumus.
Nam ventrē dn̄m nobis elegimus ipſi;
Omnia colligimus que ſibi grata putat.
Nulla quies nobis. mouet hūc' mouet hūc; vocat illum.
Surge piger/ſompnos excute/tolle moras.
Quere cibos epulaſq; para. vinūq; ꝓpina
Menſam pone. dies preterit; hora fugit.
Ecce duo veniūt hoſtes/morteq; minātur;
Imminet inde fames/iminet inde ſitis.
Ergo deficiam niſi ſubuenias michi velox;
Preueniaſq; famē preueniaſq; cibos.
Sic me ſic alios pulſat laſciuia vētrꝫ;
Et me plus aliis turgidus iſte premit.
Me quaſi precone cauſarū iurgia ſepe
Exercere iubet' ꝓuaq; dona ſequi.
Et modo patronus modo iudex ⁊ modo teſtis
Clamo. iura patrū concio. falſa loquor;
Sub ſpecie veri curans inducere falſum
Fallo ꝑiuro. pretereoq; fidem.
Faſq; nephaſq; ſimul equali pondere libro.

Per liciatum pariter illatūq; vagoꝛ
Si latera vel pōtificis vel pꝛiapis aſto
Tūc vnguenta paro blādire placere volens
Vngo blādicijs vt delicias ſibi venter
Accumulet: ac me diſtrahit ille nocēs
Nōne manus noſtre vētra ſeruire laboꝛant.
Nōne minas eius imperiūq; timent?
Furātur. rapiūt. operātur. et oīa venter
Suſcipit. et ſoꝛbet oīa ſcilla voꝛax
Huic oculus ſeruit ſtudioſus currit vbiq;
Nūciat hec dn̄o que melioꝛa videt
Heu pedib9 q̄ntos indixit ſepe laboꝛes
Quos minus affligit quos ſine lege p̄mit
Inde doloꝛ noſtra cōſumit coꝛpoꝛis oſſa
Mēbꝛa quatit. vires haurit/acatq; cutē
Eſt ad ſeruiciū nobis ſtudioſa volūtas
Gracia nulla tamen/cōqueroꝛ inde magis
Nā bene cū ſeruo reſpōdet gracia: multum
Temperat. ꝑmo facit dulce laboꝛis onus
Huic vero cū multa damus: cū multa paramus
Nō ceſſat q̄ꝛulus dicere/pauca datis
Si dederis hodie: niſi cras dederis: niſi rurſum
Et rurſū dederis: ꝑdere pꝛima potes
Et ſi foꝛte ſuis dicit ſatis eſt: ſatis illud
Poſt modicū tempus īcipit eſſe parum
Dicite quis tantā poſſit ſaciare caribdim?
Dicite q̄nta cupit? quis dare tāta poteſt?
Hic etiā noſtros auget cumulatq; doloꝛes
Et gula nos nimiū peſſima ſepe p̄mit
Illi guſtus abeſt. hic poꝛtā ſeruit ⁊ iſte
Vilis leno/ꝓcax gartio/ſcurra vagus
Hij duo ꝑ mūdi currūt elementa. quid aer
Et pariat tellus/quid freta. ſcire volūt
Nō volucris penna: nō euadit fera curſu
Non piſcis ceco gurgite tutus erit
Nouerūt varios hij diſpēſare ſapoꝛes
Vt magis alliciāt illiciātq; cibis
Guſtus diſcernit qd̄ trāſmittit gula: venter
Abſcōdit/ꝓbat hic/hic rapit. ille capit
O venter q̄nta deturpas crimine mūdum

Immūdūqꝫ facis turpia queqꝫ moues
Propter te fiūt homicidia/furta/rapine
Inſidie/ſtrages/iurgia/bella/doli
Currit ad eccleſiā monachus· miles gerit arma
Quiſquis ſectatur lucra/colonus arat
Ex te virtutū caſus eſt animiqꝫ ruina
Membrorū peſtis luxurieqꝫ lues
Tu nabuzardan princeps dñsqꝫ cocoꝝ
Nāqꝫ tibi ſero mane coquina ſtrepit
Tu follis tumidus: vas plenū ſordibꝰ / imo
plenus fece/locus/nō locus p̄mo lacus
Vos ergo fratres meā diſcernite qualis
Hic dñs· meā cernite quale iugum
Turpe iugū credo quādo ſeruus dñatur
Et dñs ſeruit hic iubet ille facit
Turpe iugū vere quādo ratione ſepulta
In nobis venter īperat illa ſilet
Vincere debemus nō ventri ſꝫ racioni
Vir bonus hāc nec hūc captat habere ducem
Paulus ait vēter eſce datur eſcaqꝫ ventri
Hūc duo iūcta ſibi perdet vtrūqꝫ deus
Nos ergo pudeat tali ſeruire patrono
Gloria noſtra ꝑ hūc nobilitaſꝫ perit
Surgite ſtate p̄cor· aio pugnate virili
Magna parat nobis p̄mia pugna breuis
Eternū pereat qui vētri ſeruiat vltra
Sit paul a nobis qui ſua regna feret
Sit ſine fine labor ſit naufragiū ſine portu
Cōtinuus ſit ei ꝑpetuuſꝫ labor
Hijs verbis animat ſocios facūdia lingue
Et monet ⁊ munit ⁊ docet eſſe viros
Ergo ſimul iūctos cōfederat vna volūtas
Aſtringitqꝫ ſibi quos ligat vnus amor
Indicūt bellū ventri iurātqꝫ ꝙ eius
Vincula diſſoluēt: diſcutiētqꝫ iugum
Hic ſtatuūt ⁊ ſic confirmāt federe facto
Ventrē deſtituūt nec famulātur ei
Iam pes/līgua/manus/ ⁊ cetera mēbra quieſcūt
Pes negat ire/loqui līgua/iuuare manus
Prima dies illi trāquillo tramite currit

Hic quiſquam poſſet ille nec ille fruūt
Altera ieiuniū neſcit cōpeſcere ventrem
Latrantemqꝫ gulam pacificare nequit
Tercia conſūptos macie vix ſuſtinet artus
Namqꝫ maligna nimis vrget vbiqꝫ fames.
Pes torquet. manꝰ egrotat / lāguet caput / ora
Pallūt / ſuſpirant pectora. lingua tacet
Omnia turbantur in corꝑe / nullus in illo
Eſt vigor / eger ibi luctus / vbiqꝫ dolor:
Rurſus poſt longos gemitꝰ. conamine multo
Vix hos balbutit languida lingua ſonos.
Quid faciamꝰ nil proficiamus magis ꝟ magis omnes
Deficimus / premimur. affligimurqꝫ fame.
A ventris rabie venit hec iniuria nobis
Hoc eiꝰ nobis ꝑturit ira malum.
Sentio grande malum. ſed cauſa mali michi clauſa:
Qꝫ nocet ecce patet. cur nocet iſte; latet.
Nūc igitur fratres vobis preſentibus ipſum
Cōueniam: queram que ſit origo mali
Tunc ſe conuertēs ad ventrem lingua. quid inquit
Tam male nos ledis. hic furor vnde tibi?
Reſpice / nōne tuos cōciues ꝑdere curas
Quando vides caſum: nō releuare paras?
Hoſtis es ⁊ ciuis hec recta fronte repugnāt
Iūcta ſibi melius ciuis amicus erit.
Et vacuū ⁊ plenum te ſemper habebimꝰ hoſtem
Semper erit nobis triſtis vterqꝫ ſtatus
Quando tumes plenus: nimia te mole grauari
Clamas / ⁊ tecū nos facis eſſe graues.
Quando iaces vacuus / quia te ieiunia ledunt
Latras. ⁊ querulus nos facis eſſe graues.
Ergo precor miſerere tui miſerere tuoꝝ
Ne tecum pereāt: teqꝫ / tuoſqꝫ / iuua.
Exponas cur nō queſteris / vel quid tibi queris
Et ne queſo noce: ſed facienda doce.
Hijs verbis claudit ſermonē lingua. vicemqꝫ
Venter ei reddens incipit iſta loqui:
Audiui lingue ſtrepitꝰ: ⁊ eos ſapienter
Suſtinui. fratres ledimur inde parū.
Lingua quidē mēbrum modicum: ſed molle / atqꝫ

Labitur ⁊ loquitur ſepius abſq; modo
Nā de ſcintilla magnū fouet ⁊ mouet ignem
In fornace ſua fabricat inde dolos
Inde nimis noſtros agitat diſcordia ciues
Nā pacē turbat ⁊ michi tela iacit
Me dn̄m fratres vobis oſtēdit ⁊ hoſtem
Sed ſcio q̄ vobis ſeruio vosq; colo
Cū nos de maſſa rerū natura vocauit
Et nobis formā materiamq; dedit
Iunxit in humano nos corpe/iūxit amico
Federe/nos ſemꝑ iūgeret vnus amor
Omnia p̄cepit fieri cōmunia nobis
Oībus vt ꝓpriū nullus habere velit
Omnib9 officia diſtinxit/meq; miniſtrum
Cōſtituit vobis/et dedit eſſe cocum
Inde paro vobis eſcas ⁊ alimēta miniſtro
Vitam cū ſeruo/pauca reſeruo michi
Vos date·ſuſcipio/ſuſceptū decoquo·coctum
Diſtribuo vobis·fercula q̄q; gero
Pauper ſū ſeruus nil poſſū ponere vobis
Si nichil cōfertis·nō mea burſa vacat
Nec nimiū curo nec ego nimiū modo q̄ro
In medio poſitus opto tenere modū
A nimio veniūt faſtidia/crimina/morbus
Crapula/luxurie/fax/laterisq; dolor
A nimio veniūt infeſte mortꝭ ymago
Frōs triſtis/ facies pallida/laxa cutis
A medio veniūt mens ſemꝑ ſobria/corpus
Robuſtū/felix vita/iocoſa quies
Ergo ſi caueat diues ne deuoret vltra
Q̄ ſatis ⁊ pauꝑ curat habere panem
Et vos ſi ſapitꝭ ſeruate modū modo dādo
Diſpēſator ero ꝑ ratione dati
Sepe michi dabitis·quia vultꝭ ſepe cibari
Nāq; ꝑ hec vobis vita ſalusq; datur
Surgite ne mortꝭ inducat inercia ſompnū
Sōpno deſidie iudico ſepe mori
Turpiter occūbit quē torpor vulnerat/ergo
Surgite/mors ꝓperat/ ſentio vita fugit
Ventrꝭ ad has voces mēbrorū turba reſumit

Vires/et rediens induit arma vigor.
Surgunt/officijs inſiſtūt/debita ſoluūt.
Inuigilāt opi ſingula mēbra ſuo
Quos ſocios vite fecit natura: laboris
Aut oneris ſocios mutua cura facit.
Sic litem ſepelit leto concordia fine:
Hic quoqꝫ vult finem carmē habere ſuū.
Et ſic eſt finis.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Heften 6 M
Einband 31 "
37 M

627